descendentes minoribus innotescebant

sicut apostoli autem sapientiam loquimur inter perfectos. Et ipsi dicti sunt nox, id est descendentes minoribus innotescebant et predicabant scientiam et humilitatem et scientiam enim dicimus de terrenis, sapientiam de celestibus. Et nocti in parvis sapientibus, sicut apostolus dicit: Si ecce enim induimini, id est a. u. n. r. ... Cum multis de causis apostoli dicantur celi in hoc loco tamen propter eminentiam intellectus dicuntur celi firmamentum vero propter constantiam firmissimam de humanitate et predicatione. Dies propter dilucidam et intelligibilem divinitatis rationem. Nox vero quia que sublimiter intelligebant pro capacitate intelligentium audientium illis id est descendenda humiliter nuntiabant. Non sunt loquele neque sermones ... non solum audierunt predicabant apostoli, predicabant ut audirentur. Et sic etiam ita mirifice in omnibus linguis atque sermonibus eorum ex ornationibus ... Non ut ... ut eorum quasi auctores intenderentur, sed spiritus sanctus subiugebat eis omnium doctrinam artium. Et hoc est quod dicit: Non sunt loquele neque sermones quorum ... in quibus non audiantur ... in vocibus eorum audiebant omnes linguas et omnes sermones. Et hoc talis et tanta predicatio eorum non tantum in una regione remansit, sed in omnem terram exivit sonus eorum, rumor, et non solum rumor etiam in fines orbis terre ... verba eorum ... dicta ... per suos. Unde propheta ... que preciuit dicens: et cetera. ... dicentium quia verbum ... posuit tabernaculum suum, id est humanitatem suam ... In sole posuit ... in manifesto ... et ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo ... dicentium quia ipse ... exultavit ad currendam viam ... vehementia ... obedientiam et ut gigas ... et fortis. Et hoc ... ex quo processit de thalamo, scilicet virginali utero sibi congruo, tamquam sponsus ... sponsus in utero enim virginis ... humanitatem ... sibi assumendo desponsavit. Et hoc virginem matrem elegit, qui virginem sponsam ecclesiam sibi copulavit, sicut ait apostolus: Desponsavi enim vos uni viro ... dicentium quia egressio eius est a summo celo, id est a patre. Non ideo dicit summo ut pater sit celsior filio, sed propter ordinem personarum est enim filius a patre, non pater a filio. Et occursus eius usque ad summum eius ... patris. Per hoc quod dicit egressio, notat personarum diversitatem, per occursus identitatem, per ad summum equalitatem. Et dicentium quia ... [illegible] nec est qui se abscondat a calore eius, id est nullus ex quibus per ministros suos loquitur poterit [illegible] se excusare quin reprehendantur a spiritu sancto testante evangelista: Dum venerit pa[illegible]raclitus ille arguet mundum de peccato et cetera. Et in actibus apostolorum: Non poterant resistere spiritui qui loquebatur. Ut ita. Iste qui talis factus est mittet spiritum sanctum paraclitum apostolis, qui ita eos erudiet quod sapientie eorum nemo resistere poterit. Et hoc est quod dicit: nec est qui se abscondat a calore eius, et dicit quare nullus possit eis resistere, ita quia. Lex domini est immaculata, id est novum testamentum facit immaculatos homines, non servili timore ut prius testamentum, sed amore celestis glorie est. Convertens non solum manus et pedes sed etiam animas a malo. Testimonium domini fidele ... id est ipsa lex domini est dans fidem et sapientiam humilibus. ... in hoc versu ... notantur: in ... fides sapientia que tamen in perfectis est. Iustitie domini recte, id est lex domini recta est scilicet ex se ipsa nullius probationis fulcimento indigens ut quelibet alie leges. Et ita recta est ut letificet corda observantium. Preceptum, id est lex domini lucida est plane ubique exposita, illuminans oculos, scilicet interiores. Timor domini sanctus, id est caritas sanctificans procedens ex ipsa lege est, permanens in seculum seculi. Notandum est quia in veteri testamento in quorundam cordibus sanctus timor, non ex servili timore sed virtutis amore extitit. Sed illi non in veteri fuisse, sed in novo testamento sunt reputandi. Ut Abraham et Iacob et alii fideles qui credebant implendum quod nos credimus impletum. Et per hoc adductricem gloriam et iudicia domini, id est singula precepta huius legis domini vera sunt ... et iustificata ut sint ... in semet ipsa ... concordantia. Vel qui ... humilis est ... virtutum ... in lege preceptum est ... potest. Et quia talia sunt. Desiderabilia sunt super aurum ... super omnes divitias et dulciora sunt super omnes delicias. Et hoc potest comprobari. Etenim servus tuus, id est ille ... qui reputat se servum tuum. Custodit ea, id est libenter amplectitur et ... quia. In custodiendis ... retributio multa ... ipsa custodia sunt per se magna retributio omnibus habentibus etsi nichil aliud ... expectarent. Illa sunt desiderabilia ... Delicta quis intelligit ... desiderabilia nullus ... quia non sunt desiderabilia. Ab occultis meis munda me, id est ab originalibus que quadam rima a primo parente ad me manant ... delictis.

Zürich ZB. Car. C. 148b, fol. 11r